

Summa Concionum.

specie, & cum dolis venit diabolus, utpote crudelis inimicus, qui cum dolis pugnat. 468. 31. 32
Die, ut lapides isti panes fiant. Pietatis pretextu intendat inducere Christum in vanam gloriam. Diaboli ingenium, sub umbra pietatis homines detrudere in peccata 532. 57
Statuit enim super pinnaculum templi. Ad doctorum cathedras ducit, ut ambitione concitiantur, quæ maximè excæcat mentem. 427. 82. 83
Mitte te deorsum. Si ipsum deicere intendat, cur diabolus Christum non præcipiat, sed ut ipse se projiciat persuadet. Ducebatur diabolus ex communi hominum experientia: nam homo in hominem crudelior est Diabolo ipso. 559. 21
Offendit ei omnia regna mundi, si cadens adoraveris me. Proposita ambitione ad sui adorationem eum excitat diabolus, ambitio enim maximum parit divinorum contemptum. 35. 19
Accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Christum de se humilia dicebat non veni ministrari, sed ministrare, tamen sui magna dicenda aliis relinquebat. 332. 160. & 593. 29
Vide *Humilitas*.

Dominica II. Quadragesime. Matth. 17.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Joannem
Cur Christus ex omnibus hos tres assumpsit, quia potiores virtute erant, ut ait Chrysostr. hom. 57. & ubi majus est meritum, ibi & præmiū majus sit. 301. 224. 232.
Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum. Eorum merita non sunt apud Dominum diminuta, quamvis in eorum societate esset Iudas. 151. 82. & 580. 62
Duxit illos in montem excelsum. Ut ex itineris difficultate in majori æstimatione esset gloriæ fruitio. 571. 6. 7
Duxit illos in montem excelsum. Poterat Dominus eos statim, ac subito à planitie transferre ad montis cacumen, sed disponit, ut ad tantam gloriam per suos gressus ascendant. 525. 19. 20. 21
Resplenduit facies ejus sicut Sol. Non emendicata luce à Sole materiali, sed propria, ac naturali luce sua; quilibet enim sua debet luce fulgere, non aliena. 309. 15. 152. & 342. 23
Apparuerunt Moyses, & Elias. Non solum virgo Elias apparuit, sed etiam Moyses uxoratus; quia in omni statu possumus Deo servire, & placere 507. 8. 9
Faciamus hic tria tabernacula. Petrus tanquam intimus Domini amicus, ac veluti aulicus, cuncta vult disponere; ac ad suam voluntatem, ac nutum super eum regem Christum inclinare. 199. 29. 30. & 333. 165
Nesciens quid diceret. Si minister prius attendit ad Regis bonum, communi populi utilitate neglecta ignoranter agit. 549. 77. 78
Hic est filius dilectus. Quia ibi in gloria, agens de hominum salute, se ex h. buerat Dei Patris filium. 267. 1
Isum audite. Magnam obedientiam erga Christum commendat æternus pater. 238. 5
Ceciderunt in faciem suam. Hic tantum timorem reverentiæ exhibitum legimus, & non alibi, quia hic multam habuerunt de Deo cognitionem, ideoque maximè timere. 234. 101. 103

Dominica III. Quadragesime. Luc. 12

Erat Iesus ejiciens demonium. Illud erat denotat magnam rebellentiam ex parte Diaboli; dolet enim maxi-

mè, dum ab homine exire cogitur. 490. 39. 40
Erat Iesus ejiciens demonium. Denotat illud erat quandam veluti moram; poterat Christus diabolum in instanti ejicere; disponit tamen, sic cum quadam mora ejicere, ut discant homines, non subito, sed paulatim res peragere. 128. 123. & 589. 5. & 617. 25
Erat Iesus ejiciens. Illud erat, quandam denotat moram, ut inde homines videant, quam magnum, & miraculosum sit opus conversio peccatoris. 30. 134. 135. 590. 7. 8. 9.
Illud erat matum. Diaboli ingenium, confessionem impedire, agnoscat enim, quantum bonum ex ea peccatori proveniat. 168. 165. 173. 250. 251 & 236. 117
Locus est mutus. Verba in laudem Christi tanquam suo benefactori gratas. 112. 107. & 485. 8. & 512. 34. & 587. 100
Admiranda sunt verba. Quod nempe à Christo restitueretur lingua, tanquam magnum hominis malum. 632. 23
In Beelzebub principe demoniorum. Beneficium concionis negant isti, ne se obligatos fateantur Christo. 201. 42. 43
In Beelzebub. Samaritani Iudæorum inimici Christum benignè recipiunt; & isti utpote invidiosi impiè blasphemant; melius est enim esse cum inimico, quam cum invido. 140. 22. 23
Invidia etiam multa mala parit. 607. 12. 13.
Si ego in digito Dei eiicio demonia, profecto perverit in vos regnum Dei. Regnum Dei in se negant perfidi Iudæi, ut ita Christo detrahant; plus torquebantur Christi laudibus, quam propriis damnis. 43. 57. 48
Filii vestri in quo ejiciunt. Efficax argumentum, dum tui contra te in testes vocantur. 241. 26. 27
Ex tollens vocem quadam mulier. Dum detrahunt inimici majoris gloriæ viam sternunt, & occasiones præbent. 579. 56. 76

Dominica IV. Quadragesime. Ioan. 6.

Cum sublevasset oculos Iesus. Principis oculus non ad suam videat solum utilitatem, sed ad aliorum etiam. 426. 78
Cum sublevasset oculos Iesus. Videt suos necessitate oppressos, & ad miserandum moveret; maximè enim movent necessitates, quas propriis videmus oculis 247. 63. & 630. 7
Dixi ad Philippum unde ememus panes. De populi necessitate; nam necessitas inferiorum egestas superioris est. 436. 33
Dixi ad Philippum. Cur Philippum, & non Petrum vel Joannem interrogat? Non uni sunt dandi honores omnes, sed per omnes dividendi. 321. 93. 94. 95
Unde ememus panes. A nullo rogatus de cunctorum agit remedio: valde gratum, & magnum beneficium quod sine precibus datur. 197. 13
Unde ememus panes. Mira est Dei providentia in nos. 442. 70. 71. 72
Et qui est sub Dei cura, ac providentia nil indiget, omnibus abundat. 438. 48. 49. 50
Unde ememus panes. Non rogatur Dominus, & tamen de eorum remedio agit, nam turbæ devenerunt in illam esuriem ob sequendum Dominum per desertum, & ne ab illo discederent inde ipse movetur, ut eis subveniat, ac auxilium præstet. 552. 94. 95
Ducenorum denariorum. Dominus quaesivit à Philip-

Summa Concionum.

po de loco, unde ememus panes & tamen ipse præter quaesita, respondet consilia præbens ducentorum denariorum, &c. Philippus, ut aliquorum est sententia, volebat, ut turbæ dimitterentur, ut frequens est consuetudo illius, qui non vult beneficium impendere, consilium dare. 156. 109. 110
Facite homines discumbere. Solum dicit ut homines sedent, & tamen ipse non solum eis permittit sessionem, sed etiam dat eis panem, & pisces; semper Deus plus dat donis, quam dicit verbis. 92. 166. & 230. 84. & 271. 29. 97. & 208. 84. & 627. 97
Facite homines discumbere. Boni ministri quidem vident Dominum propensum in beneficium, ipsum non impediunt, ut sæpe ministri hujus sæculi faciunt. 405. 201
Facite homines discumbere. Boni ministri non contradicunt, sed sine ulla constatione Domini mandata exequuntur, Domini sui natum sequentes. 465. 10. 11. 12. & 27. 12
Facite homines discumbere. Apostoli constituuntur miraculi ministri, ut ita condecoraretur, nam bonus Dominus suos ministros honorat. 137. 12. 13
Accipit Iesus panem, & distribuit. Quæ enim per manus Domini dantur, sariant, & replent. 164. 146. 147
Colligite quæ superaverunt. Superflua amputanda, ac removenda sunt. 211. 102. 103. & 437. 43
Colligite quæ superaverunt. Non solum dat Dominus, sed etiam suis donis transcendit omnem nostram curam, ac cogitationem. 438. 48. 49. 50. & 493. 52. 53. & 12. 51

Dominica V. Quinquagesime. Ioan. 8.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Solum eximia Christi virtus hæc dicere potuit; nam quantumvis quis sit justus, si omnia illius considerentur, ac investigentur, imperfectiones comprehenduntur. 345. 19. 20. 21
Quis ex vobis arguet me de peccato. Hæc dicebat Christus qui peccatum non habebat, nam ubi peccatum est, per se ipsum prodit, & se manifestat. 124. 16. 17
Quis ex vobis arguet me de peccato. Licet Christus esset innocentissimus, tamen in exemplum nostrum bono suo nomini vult consulere in omnium oculis, se ipsum demonstrans sine ulla peccati macula existere. 595. 39. 40. 41
Quis ex vobis arguet me de peccato. Hæc dixit summa Christi probitas suis inimicis, cum inimici valde acuti sint ad defectus nostros capiendos. 454. 25. 26
Quis ex vobis arguet me de peccato? Quamvis enim essent crudeles inimici, ac falsi detractores eos non timet Christus, nam bona conscientia in omni casu secunda est. 546. 58. 59. 60
Quis ex vobis arguet me de peccato. Christus vult excludere fallas Iudæorum sententias de se sinistre conceptas, quia opinio mali leviter etiam in animo apprehensa, grave in famæ detrimentum est. 433. 18. 19
Si veritatem dico vobis. Publicè, & patenter veritatem dicebat Christus, nam Christiana veritas, non involacris tegitur, sed patenter, & publicè procedit. 473. 54. 55
Si veritatem dico vobis. Nam cum Christus verus Deus esset, nihil aliud erat in ore eius nisi veritas. 179. 221

Quare non creditis mihi. Quia veritatem prædicabat, quæ valde odiosa est principibus, & hæc de causa cum veritate difficulter apud eos negotiatur. 123. 7. & 615. 20. 21. 22
Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi. Inimici ingenium, nunquam quæ te extollunt, ac nobilitant, percipiunt, ac intelligunt. 567. inir.
Samaritanus es tu, & demonium habes. Invidia maximè cæca nulli parcat, & semper alterius gloriam contumeliis minuire intendit. 140. 22. 23. & 330. 150 & 607. 12. 13
Ego demonium non habeo. Poterat Dominus illos homines statim punire, vel obruere, sed noluit, dans nobis exemplum ad contumelias patienter sustinendas, quod est valde magnum. 305. 246. 247
Si quis sermonem meum se vererit, mortem non videbit in æternum. Non quod ita serventur, quasi non sint corpore morturi, sed quod ita morturi sint, ut mori non videantur, nam mors iusti vita est, cum iustus semper vivat. 530. 52
Iesus autem abiit de templo. Ierusalem, ac invidiæ cedendum est. 358. 16. & 570. 1

Dominica in Palmis. Matth. 21.

Invenietis asinam alligatam. In jumento illo denotabatur humanum genus, cur potius Christus vult illud vinculis alligatum, quam solutum, quia vinculo angustia multum condicit, ut ad Christum veniamus. 250. 83. & 464. 69. 70
Invenietis asinam. In illo rudi, & vili animali præfigurabatur peccatores, qui omni bruto animali insipientiores, & deteriores sunt. 442. 67. 68
Invenietis asinam alligatam. Non peccator suis meritis peccatis ligatur, ac astringitur. 56. 1
Dicite, quia Dominus his opus habet. Non præcipit Christus, ut violenter adducant, sed annuente, ac concedente Domino domus, nam Salvator voluntarium obsequium vult. 585. 88
Dicite quia Dominus his opus habet. Non absolute jubet adduci asinam, sed rationem dat, quia non potentia, sed ratione res agenda est. 429. 15. 3. 64 & 526. 25
Dominus his opus habet. Deus nullius rei indiget, quomodo dicitur, quod his opus habebat; Deus petit à nobis, ut majora det. 153. 117
Confestim dimittet eos. Deo sine ulla mora obsequendum. 141. 30. & 252. 94.
Ecce rex tuus venit tibi. O magnus Princeps, non suæ, sed suorum utilitati venit. *Veni tibi.* 233. 95. & 313. 41. 44. & 187. 264. & 510. 29. & 573. 16. & 329. 130
Veni tibi mansuetus. Prælati totus sit benignus, ac affabilis in subditos. 27. 534. 55. 56. 83. 84. 85. & 485. 10. & 390. 77
Eum desuper sedere fecerunt. Ut notat Chrysostr. homil. 67. Non sedet in generoso equo, sed in vili animali, quod sufficiebat ad vecturam, informans nos suo exemplo, ut solum utamur his, quæ necessaria sunt; alia verò amputemus & removeamus à nobis. 211. 102. 103. & 437. 43
Plurima autem turba straverunt vestimenta sua. Turbæ vestimenta deponunt in obsequium Christi, ac Dominus pro nobis non solum deposuit, ac dedit vestimenta sua in Passione, sed etiam cum illis abstergit discipulorum pedes: semper Dei beneficia nostra obsequia superant. 573. 15. 16

Summa Concionum.

Dominica Resurrectionis. Marc. 16.

Cum transisset sabbatum, Maria Magdalena, &c. D. Hieron. *Post sabbati tristitiam felix irradiat dies.* Transacta tristitia magna est felicitas gaudiorum. 542. 31

Valde mane una sabbatorum. Veniunt hae mulieres tanquam ministræ Dominicæ sepulturæ: Deus autem in suis ministris magnam vult diligentiam. 252. 95. 96. 97

Valde mane una sabbatorum veniunt. Nec latrones, nec nocturnos incursum timent, nam charitas omnia pericula rumpit, & contemnit. 574. 20. 25. & 183. 240. & 325. 124. & 108. 249. & 202. 26. 47

Valde mane veniunt ad monumentum. ut ita suum amorem in Christum testificarentur, nam amor abscondi non potest. 65. 36. 37

Iuvenem sedentem amictum stola candida. In dextris stola candida sedet Angelus in signum festivitatis, ac lætitiæ Resurrectionis. 250. 8. 88

Obstupuerunt. Cum sanctæ mulieres donis cælestibus essent cumulatae, timent tamen; quanto enim quis magis habet de Deo, tanto timore repletur. 234. 102. 103

Qui dixit eis, Jesum Christum crucifixum queritis, surrexit. Sed cur hoc etiam non dicunt Angeli, sepulchri custodibus, sed tantum mulieribus: magna mysteria solum percipiunt fide pleni, & non vacui. 176. 209. & 228. 70

Nolite expavescere. Merito hæc dicuntur ab Angelo, nam qui Deum habet, nil timet. 552. 92

Nolite expavescere. Timor expellitur, ut valeant audire quæ dicuntur. 551. 87

Iesum Christum queritis, surrexit. Cur Christi Resurrectio prius nuntiatur, quam videatur, nam statim, ac subito se poterat Dominus manifestare. Ad magna enim gradatim disponendus est animus. 28. 123. & 158. 119. 139

Dominica in Albis. Ioan. 20.

Cum fores essent clausæ, ubi erant discipuli propter metum Iudaorum. Erant discipuli constituti inter metum Iudaorum, & spem certam evadendi periculum ad prædicandum Evangelium. Inter spem, ac metum vivendum est. 234. 106. 107. 108

Congregati propter metum Iudaorum. Metu præparantur homines ad alta virtutum opera. 549. 73. 74. 75

Ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaorum. Adversitas unit, ac conjungit fratres. 161. 134. 135

Venit Iesus. Maximè invitatur Christus, ut veniat ad afflictos labore, ac persecutione. 364. 69. 70. & 508. 17

Veni Iesus, & stetit in medio. Bonus prælatus stet in medio, ut æqualis sit ad omnes. 310. 24. & 113. 277. 278

Stetit in medio. Tanquam bonus Præsul, qui ut suos ad se attrahat, communicabilis, & non inaccessibleis sit. 484. 4. 5

Gavisus sunt discipuli. Quamvis aliàs discipuli affectu tristitia essent, nunc gaudio replentur; nam credenti omnis tristitia vertitur in gaudium. 25. 114. Et Christus etiam est nostrum gaudium, & lætitia. 8. 26

Ostendit eis manus, & latus. Ut inde agnoscerent quanta obligatione Domino erant attracti, qui tanta pro eis passus est. 341. 14. 15. 16

Accipite Spiritum sanctum. Non dixit, do vobis Spiritum sanctum, ob modestiam se tanti doni tacer auctorem. 209. 58. 86. 87

Noli esse incredulus. Delinquens reprehendendus, ut emendetur & hoc cum monderamine. 65. 73. 74. & 313. 43

Noli esse incredulus. Deus consulit omnium saluti, & eam maximè existimat. 567. 72

Dominica I. post Pascha. Ioan. 10.

Ego sum pastor bonus. Aliquando nostram virtutem commendare possumus, non vanitatis causa, sed calumniæ repellendæ, aut alio iusto titulo, & honesto. 110. 261. 262. & 422. 54. 55. 56

Ego sum pastor bonus. Non ait, ego sum Pastor crudelissimus, sed bonus; nam vitæ probitas maximè necessaria in prælato. 322. 104

Bonus pastor pro ovibus suis dat animam suam. Bonus prælatus potius est intentus suorum utilitati quàm propriæ. 326. 129. 130. 147. & 574. 108. 248

Ego sum pastor bonus. Cum in Christo sunt multa, & valde magna; hoc, amen de se peculiariter prædicat, quod pastor sit bonus: beneficentia enim potissimum divinitatis signum. 23. 98. & 521. 62

Pro ovibus suis dat animam suam. Prælatus tanto amore feratur in subditos, ut in eos non tanquam Dominus in servos se gerat, sed veluti pater in filios. 452. 13

Pro ovibus dat animam suam. Bonus prælatus plus æstimat subditos, quam propriam vitam. 108. 248. & 149. 73. 264. & 510. 29 & 573. 16

Pro ovibus suis dat animam suam. Christus bonus Pastor, qui plus nos æstimat, quàm suam. 722. & 69. 57. 58. 70. & 675. & 600. 75. & 491. 44

Mercenarius autem, & qui non est Pastor. Boni autem vel mali pastores, se exhibent, ac declarant in occasione. 330. 147

Veni lupus, & dispergit oves. Luporum adventus divisionem, ac dispersionem parat, seminat semper divisiones iniquas. 601. 85

Mercenarius autem fugit. Quia ut iniquus non agit de commodo ovium, sed de proprio tantum lucro; bonus autem sine lucri expectatione administrat. 319. 82. 83. 84

Agnosco oves meas. Quia bonus prælatus frequenter visitat oves suas, & inde eas agnoscit. 311

Vocem meam audiuim. Cur non ait, voci meæ obediunt? Quia ubi perfecta est obedientia, nulla est differentia inter obedire, & audire. 252. 94. & 20. 86

Dominica III. post Pascha. Ioan. 16

Medicum, & videbitis me. Magnum donum Domini præsentia, quæ suos custodit, et tucur. 158. 117. 577. 51

Medicum, & videbitis me. Ob mei præsentiam vobis timendum, nam Domini præsentia valde formidabilis est. 235. 107. & 541. 24. 26. 27

Et iterum medicum, & jam non videbitis me. Varietas maximè delectat, & hæc etiam concededa. 62. 11

Iterum medicum, & jam non videbitis me. Et quidam est hoc medicum, in quo Dominum non videbunt; tempus nempe passionis & dæm sub umbra mortis absconditur; sed tot flagella, clavos, spinas, dicit medicum Domini Præ amoris magnitudine omnia modica, ac pauca videbantur. 208. 251. 252. 253

Tristitia vestra vertetur in gaudium. Credentis om-

Summa Concionum.

nis tristitia vertitur in gaudium. 25. 114

Plorabit, & flebitis vos. Cur eorum fletus non prohibet; Lacrymæ effundebantur ob Christi passionem, & ideo, ut valde utiles Domino placebant, & erant acceptissimæ. 193. 291. 292. 609. 24

Plorabit, & flebitis. Hæc denunciat Christus, ut notat Alcuinus, quia per labores, ac persecutiones tendimus in cælum. 22. 95. & 462. 65. 68

Plorabit, & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Ut ita videas quam illustre sit Apostolorum meritum; multum enim impetrant, qui laborant, cum alii gaudio indulgent. 159. 92. 93. 94

Tristitia vestra vertetur in gaudium. Deus suis dilectis dat gaudium, ac ea, quæ recreant, & delectant. 291. 151. 152. 153

Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Ea, quæ sunt mundi, deficiunt, ecclesia verò durat, & perseverant. 159. 122

Dominica IV. post Pascha. Ioan. 16.

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. Quomodo discipuli Dominum non querunt, cum interrogare initium sit ad sapientiam, & quilibet debet interrogare de his quæ ad se pertinent. 85. 1. 3. & 182. 237. 238. 239

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Ecce Dominus subdit rationem quare à discipulis non interrogatur quod vadit; nam animus tristitia affectus; nec ad interrogandum, nec ad audiendum est capax. 102. 220. Ad scientiam etiam requiritur animi lætitia. 148. 62

Veritas enim dico vobis. Domine cur hæc dicis, si tristitia erant afficiendæ? Christiana veritas non involucris tegitur, sed publicè prodit. 473. 54. 55

Veritatem dico vobis. Si suorum amicos ad se vult conciliare; cur tam manifestam veritatem edicit? Peculiare est Dei donum, nuda veritate aliorum animas ad se trahere. 194. 195

Expedit vobis, ut ego vadam. Ad eorum levandam tristitiam, proponit eis Dominus eis esse necessarium, ut ipse abeat; promptissimè enim movetur homo suo commodo, & utilitate. 423. 63

Si enim non abiero, & Paraclitus non veniet ad vos. Valde vobis necessarius est divinus Spiritus, qui vestræ exigentiæ maximè se accommodabit. 159. 127. 128

Arguet mundum de peccato. Peccatum super omnia mala arguendum, & execrandum. 9. 171. 172

Arguet mundum de peccato. Ut mundus reformetur, & omne malum ab eo evehatur, necesse est ut peccatum; quod est malorum omnium radix auferatur, & amputetur. 345. 38. & 592. 7475

Arguet mundum de peccato. Ita iniquus in suis delictis obdormit, & sua peccata habet post tergum, quod nisi arguatur, non resurget. 440. 55

Arguet mundum de peccato. Spiritus qui est consolator arguet; nam qui reprehendit, consolatur etiã. 446. 87

De peccato, quia in me non crediderunt. Dum dicitur de peccato, exprimitur infidelitas, quasi comparatione hujus nullum aliud esset peccatum, & ita per infidelitatem rebus omnibus homo sit deterior. ibid. 88

Non potestis portare modum. Nec enim omnia secreta omnibus sunt dicenda. 626. 90. & 175. 208

Dominica V. post Pascha. Ioan. 16.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Oratio nostra valde efficax ad impetran-

dam. 18. 77. & 404. 92 & 557. 6. Ita ut oratio dicatur clavis cæli. 548. 45

Si quid petieritis Patrem in nomine meo. Illa oratio fit in nomine Christi, quæ fit in fide Ecclesiæ Catholicæ. 393. 62. 103

Si quid petieritis Patrem in nomine meo. Maxime Christus nos movet, ac excitat ad petendum, nostras enim orationes habet pro mercede. 490. 37. 38. 39

Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Multoties petimus à Deo, & tamen petita non concedit nobis; novi enim ipse, quid nobis est utilius, & conveniens. 207. 67. & 459. 50. 52

Petite & accipietis. Deus solum promittit dare ea, quæ ab illo petuntur, & tamen semper dat plusquam petimus. 206. 71. 119. & 493. 52. 53. & 580. 58

Iam in proverbis non loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. His verbis vult Dominus discipulis consolationem dare, ut in tempore passionis suæ persistent constantes, & ad hoc palam eis annunciat de Patre. Magna enim consolatio, dum quis laborat, si agnoscat se habere Dominum, ac Patrem, à quo sit præmia recepturus. 270. 24. & 323. 106. 107. & 192. 288

Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis. Pro amore quem erga Christum habuimus suum nobis dat Deus amorem; per ea enim obsequia, quæ damus Deo, præmia recipimus. 356. 20. 21

Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis. Dei liberalitas nostra in infinitum excedit obsequia, nam pro nostro finito amore, suum nobis præbet amorem infinitum. 573. 15. 16

Ipse Pater amat vos. Hoc patenter ait Christus, nam divinus amor abscondi non potest. 65. 55. 36

Et credidistis. Magnum est fidei meritum in plaque fides potentissima apud Deum. 552. 93. & 576. 36

Nunc scimus, quia scis omnia. Christus Dominus ut verus præsul, totum suum corpus conspicit, & videt. 97. 190. & 238. 3

Dominica VI. post Pascha. Ioan. 15.

Cum venerit Paraclitus. Divinus Spiritus Paraclitus dicitur, nam ipso comite, ac assistente omnes nostri labores suaves fiunt. 193. 291. 292. & 300. 253

Quem ego misit vobis. Ipse ait se Spiritum mittere, unde ex tanto dono dato homines habeat maxime obligatos. 407. 111

Et vos testimonium perhibebitis. Testes de visu advocat, nam testis oculatus certissimus. 241. 23

Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Qui sit scandalum, 55. 13. Maxime in nostris actionibus vitandum. 172. 185. & 311. 23

Venit, ut qui in se sicte vos, ubi reuer se obsequium præstare Deo. Gravissimum peccatum, quod fit pietatis prætextu. 415. 25

Arbiteretur se obsequium præstare Deo. Iniqui prætextu zeli honoris Dei, suum diffundunt venenum. 581. 6

Hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem. Ubi est ignorantia Dei ibi omne malum perpetratur. 347. 52. 53

Hæc facient vobis. Vult Deus, ut sui prævideant labores, ut facilius tolerent. 250. 83

Hæc facient vobis. Prædixit Christus suis labores, ac pericula, quæ ab ipsis sustinenda erant propter Christum, ut inde cognoscant, quod à Domino liberabuntur, siquidem propter ipsam eis crederant.